et ita de alys aut quia vene iuueniles que retro aures sunt in se
aut quia est minus pigrus aut extenuata Si autem fuit propter membra genera-
tiva accidit aut propter morbos complexionales aut officiales aut communes Si autem
fuerit propter complexionales morbos tunc accidit sterilitas propter malam complexionem
calidam seminis et testiculorum aut frigidam aut siccam aut humidam aut quia
testiculi sunt minus in frigiditati ad opus suscipiendum et filiis naturalis
aut quia nimium usus est camphora aut ruta aut agno casto Si autem fuit
propter morbos officiales tunc accidit aut quia virga est minus longa aut minus
brevis aut quia est mollificata aut spasmatica et testiculi similiter aut quia testiculi
non sunt aut quia foramen virge est tortuosum aut quia lapis extractus est
a vesica sua per incisionem Si autem fuit propter morbum communem hoc est propter ulcera
aut quia est infacinatus puto i fascinatus aut quia suscepit aliquam sterilizativa
Si autem sterilitas accidit propter utrumque hoc est quia conveniunt in malicia complexionis
aut quia malicia complexionis est minus intensa et disconveniunt et ita accidit
sterilitas Si utraque est nimis calida et frigida aut sicca aut humidus
aut si una est excedens calida et altera excedens frigida minus aut sicca
quia semina non possunt se iungere nec exigere ad matricem Si alter excederet
aliquantulum in caliditate et alter parum in frigiditate tunc ex utrisque se-
minibus bene potest resultare fecunditas et accidit etiam sterilitas quando vir
anticipat effusionem seminis ante alterum sed cum debent venire se-
mina Accidit etiam sterilitas quando instrumenta non sunt bene proporcionata
aut quia matrix est minus lata et ampla et generativa et virga est minus brevis
et gracilis non enim tunc est bona proporcio Signa primaria et manifesta
complexionis cognoscendi egritudines totius corporis aut partis que precesserunt
satis sunt nota volenti ad investigare Signa autem male com-
plexionis calide prout modo distribuuntur urina est intensa circa pudibunda
et est multitudo pilorum dolor et punctura et appetitus in venerem velox
emissio spermatis et delectatio et menstrua sunt citrina et sunt calida
tactu et cause pulsus velox sitis dolores sunt in motibus et in omnibus
suis actionibus Si autem sunt frigide complexionis tunc sunt signa
opposita urina remissa paucitas pilorum paucitas appe-
titus in venerem paucitatis menstruorum et albedo eorum tarda
emissio seminis et modica delectatio pulsus tardus paucitas sitis prout
in morbis Si autem natura eius fuit sicca tunc virga extenuata aut
modicum aut vel emittit in coitu menstrua pauca urina
tenuis labia sicca et fixa Si autem fuit nimia humiditas cum sterilitate
tunc apparent ista signa matrix est humida et post menstruationem
manet humida et semper vel quasi exit aliquid quidam liquidum fluidum
album aquosum et non delectatur in coitu et matrix est lubrica
itaque semen retinere non potest et ista causa advenit ut plurimum mulieri
in frigiditate Ypocras enim docuit experiri utrum mulier esset parata
conceptui si ipsa suffumigaretur cum aromatibus et fumus sentiretur
ab intus parata erit si autem non sentiretur sterilis posset iudicari
causa manente quia opilacio significatur et hoc experimentum valet etiam in
virginibus Si autem mulier fuit corrupta dicunt aliqui doctores quod
supponat sibi dossum allii et si ab intus sentiat odorem allii descende-